

Michael Meier


**VERBA NUPTA,|| JN FELIX CONIUGII AUSPICIUM || quod clarissimus
doctissimus#[que] vir M.|| MARTINUS || BRASCHIUS POE=||TA L. C. ET
ACADEMIAE || Rostochiensis PP. cum honestissimâ || ac pudicissimâ virgine
DOROTHEA || Baden, Christo praelucente taedas,|| in urbe Rosarum ini-||turus
est,|| Praecantata || à || MICHAELE MEIERO || Cimbri Phil. et Med. D.||Poeta L.
C.||**

Rostock: Reusner, Christoph aus Neustadt, 1597

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740893891>

Druck Freier  Zugang





100

2806

~~A. Dd. 6~~

~~Heber V-5344~~

~~with 4 more //~~

69-2065 1-30


<nos>



Physiologie des Menschen

- 4 -





74.
00
VERBA NUPTA,

IN FELIX CONIUGII AUSPICIUM
quod clarissimus doctissimusq; vir M.

MARTINUS
BRASCHIUS POE-
TA L. C. ET ACADEMIÆ

Rostochiensis PP. cum honestissimâ
ac pudicissimâ virgine DOROTHEA
Baden, Christo prælucente tædas,
in urbe Rosarum ini-
turus est,


Præcantata

à

MICHAËLE MEIËRO

Cimbro Phil. & Med. D.

Pœta L. C.



ROSTOCHII

Excudebat Christophorus Reisnerus.

Anno M. D. XCVII.




SPONSO Author.

*His Sanco ac Fidio pro-tempore sacrificare ut
jure debui, sic lubens volui; qui ubi hac tenuja far-
ra salemq; larvo (quod ajunt) oculo hand despxe-
rint,*

Tum in me, ut ego in
te, eo, i, (hem, ah, hem,)
Sum in te & ego, in me
ut es (ah, hem,
ah.





VERBA NUPTA.

Non opus Herôo nunc est mihi, Phœbe,
Cothurno,
Apra nec undenis Musa sat es pedibus.
Grandè sonare gravi juvat horrida bel-
la tumultu,

Cura leves Elegos flebile poscit opus.

Nec mihi jam Mavors in pectore, nec mihi cura,

Immites adeant luctus & arma Getas.

VERBA recens NVPTIS BONA sunt dicenda, venito

COME sodalicii grata QVADRIGA tui.

Alma Venus puris CHARITVM mea carmina lymphis

Tinge, LVBENS & HEBE fronte favete Deæ:

Vestrum munus erit, sponsis dare verba, salesq;

Spargere, & immunes dente referre jocos.

Fallor? an hoc quædã tetigit quoq; Numina votum?

En properant subito Diiq; Deaq; gradu.

Scilicet hic Divos decuit labor: attamen inquam,

Cur volui sacrum voce ciere chorum:

Causarum satis est: medio non de grege vulgi

Aspicitur, qui jus connubiale subit:

Montis at Aœnii pars maxima, vester ocellus

BRASchius, æternâ cui coma fronde micat.

Ille est, qui toties vos ad sua vota retraxit,

Ille est, cui redolens stillat ab ore favus.

Dorothea huic cedit Divino munere sponsa,

Non leve si ratio nominis omen habet.

Hæc est materies, hæc meta terenda laboris,

Hoc licet ingenii pandere vela salo.

C O M V S.

O Factum bene: BRASchius meum cor,
 Ipsiusq; mei alter ille, dulces
 Tædas urit amans, puellulamq;e
 Florem virginitatis in Roseto
 Ambit Dorotheam, quid ergo donem
 Sponsis tam benè favistate junctis?
 Non avrum, leporemve, nec patellas,
 Largiri sinit arcta sors Deorum;
 At ne sim vacuus nimis, rependam
 Pagellas, lañrumq; vel leporem:
 Quòd si pristina dona te juvabunt
 Amplius, facilis litura præstat:

G. T. Fac ex anGue crucem priore verbo,
 L Dele litterulam sequente longam,
 O Solem tertia vox brevem reponat,
 Et quod quæris, habebis hîc: sed addam
 Plures delicias tui palati
 BRASchi, docte poëta, grate Musis
 Ac Phœbo, sobolesq; Gratiarum,
 Pulle Pallados & medulla Suadæ,
 Ver verumq; merumq; mel, aròma,
 Staete, myrrhaq;, nectar, ambra, mosce.
 BRASchi maete vir es, viresq; semper
 Fronte fronde novâ, tuæ superstes
 Vxori maneat diu: sed addam
 Iam bellaria, quæ tuæ salivæ.
 VERTVMnumnè vocare te licebit?
 Venator potes esse, si bipenni
 Huncce figere scis aprum decenter,
 Venatoria sicut ipsa lex vult.
 Et fœlicis agelluli colonus
 Dicèris mihi, si benè hanc opacæ

ulmo

ulmo jungere calleas olivam;
Fructus annuus ut tibi resulet
Inde, qui precium laboris amplum
Vagitu patrias beabit aures.

L V B E N T I A .

O Flora dux agrorum,
Pomonaq; hortulorum,
Huc sportulis parata
Referte vestra dona,
Et stosculi rubores,
Et herbule virores,
Dorothea Badena
Tenellule puella:
Hec est pudica vulnus,
Hec est decente cultus,
Rosa albopurpurascens,
Frutexq; pululascens,
Flos iniegellus avi,
Et corculum Roseti.
Hanc nectaris madore
Et baccaris sapore
Resperfit ille purus
Putusq; pumilillus,
Inter Deas amores
Dum panxit invidendos.
Quis te Rosam negabit,
Nec herbulam vocabit?
En purpuram genarum,
Nivemq; brachiorum,

En aureos capillos,
Manusq; mollicellas:
Quid plura? vin? ut addam
Huic ferculo saporem,
Cui si nihil salis des,
Vix aestimatur astus?
Jam jam perurit agros
Orionis Catellus,
Hinc te velim cavere
Ab igne persurente,
Ne stosculis odorem
Tuis resugat omnem.
Quod si diurnus astus
Quid abstulit madoris,
Id nocte tu sequenti
Resarcias, hianti
Dum prendis ore rorem,
Corpusculi cruorem:
Sic pluribus medelis
Præstabis una morbis;
Et cum recurrit annus
Vix integrè peractus,
Tu gemmulas tenellas
Fovebis, & Rosillas.

B A C C H V S .

HEbe beato terna repotii
Infunde succo pocula, quæ Venus

A ;

Dul-

Dulcore lingvæ mellilingvis
 Tinxit, & halitibus beavit.
 Primum asperarum de sice faucium
 Pulsâ triumphet, victor ut Hercules
 Cum fortibus quondam lacertis
 Multiplicem superavit Hydram.
 Iucunditati serviat alterum,
 Gravem quod imâ mente molestiam
 Fugans, in horam spes dat amplas,
 Pegaseoq; rapit Caballo.
 At tertiarum pectora somniis
 Aptare callet, morsibus eximens,
 Sepulta membra, bestiarum,
 Dum facit absq; dolore Cygnum.
 Hæc, sponse, nostri ceu Philotheta
 Amoris hauri, plena meri, joci,
 Quæ præbibo tumentè buccâ,
 Sancus erunt Fidiusq; testes.
 Annon vetustis vatibus hic cluet
 Mos, sauciari germine Liberi
 Glossam? satur mihi viderur,
 Cum geminat Venusinus, ðhe,
 Fugacis ævi carmina dedolat
 Potator undæ; vincula pectorum,
 Inutilem rebus pudorem,
 Dissolvunt gravidi racemi.
 Quin militem te robore strenuum
 Reddent, acuto si tibi spiculo
 Cordi est ferire castra furtim,
 Quæ speculator Hymen tuetur.

H E B E.

NEpenthes, Panacæa, Ambrosiæ cibus,
 Centauræa, luti crustula Lemnii

Curas

Curas ex animis ejiciunt virum,
DIVINÆq; MANVS dicier audiunt;
Quod ni ritè dabit pharmanon artifex,
Cæco virus aler pectore carnifex:

Sic si contrigerit cui proba fœmina,
Multis ille malis Antidoto viger:
At si merx fuerit putida, vœ tibi,
Quem tantum cacoëthes malè concoquit.

Ergo pelliculam pande serenius
Tam fœlicis herus qui medicaminis
Nunc sis, sponse, suis & cave vasculis
PANDORÆ pereat ne sacra vis Deæ.

Quin credas patulo navigium mari,
Sabburræ satis ut merferis alveo,
Ne crebro per aquas verberè fluctuet,
In quo (crede mihi) tu Palinurus es.
Gnavis namq; faver Cypria navitis
Ipso nempe falo, seu fata conchulâ
Non vult mente tuam spernere conchulam.

S A N C V S.

O passercule ludio Catulli,
Et palpator heræ, nihilnè garris
Huc illuc saliendo, pippiendo?
Si tecum periêre non Phaleuci
Omnes, quin mihi pauculos remitte,
Vt maestem benè laudibus novellos
Tyrones, quibus hæc dies duelli
Indicta est, præeundo VERBA NVPTA.

Armâ te, Theodôra, cinge zonam,
Iam jam te vocitabit hostis atrox
In præludia basiationum,
Et certamina prima lingularum:
Pòst cum ferior inchoanda pugna est,

Si

Si mirmillo tibi superftet ille,
 Retiaria sis ei vicissim:
 Quod si pancratiasta vult haberi,
 Adversaria parte sis ab omni;
 A bello nec enim quiesce bello,
 Victricem tibi quin levârit herbam:
 Exemplo fuerit chalybs acutus,
 Qui duros filices fatigat ictu,
 Dum flammam excuiat frequente nisu.
 Si non arma juvant piam Minervæ
 Prolem, sponse, licet magister artium
 Avdis, litterulas revolve ternas
 (Vmbri ceu queritur senex) A, M, O, te,
 Et ludi puerilis es tamen pars.
 Sin calles elementa pusionum,
 Enôda mihi scrupulum hunc, Magister
 Et ter verus eris, bonusq; vates.
 V R B S est in cineres meros redacta,
 Quæ toti imperitet cadaver orbi,
 ♂ Et post fata potentior remansit,
 Quam Regina vetusta Roma mundi
 Nec fuit, nec erit, nec est: sed oram
 Mōstrabit Maro nesciô: QUID hoc tu?

V E N V S.

| | |
|-----------------------------|--------------------------|
| H uc huc Anacreontes | Bis octo, sive denæ. |
| Pede altero carentes, | Nam vix moras amores |
| Huc ocyûs quadrigis | Longas ferunt nec horas. |
| Properate, sive remis, | O Dij Deaq; cuncta |
| Plus est quibus lepôris, | Quæ sunt statuta cura |
| Quàm longulis Phaleucis: | Connubi jugalis, |
| Vos estis aptiores | Legesq; virginales; |
| Venustulis Deabus, | O Gratiola Triga |
| Quàm syllaba morosa | Cupidinumq; Biga, |
| | Liburne |

Liburne cum Dianâ,
Quæ Cinxia est vocata,
Vos vinculis ligate,
Sponsamq; subjugate:
PREma alma non abesto,
PERiunda tuq; adesto,
Lubentis voluntas,
Et PERFicæ facultas:

Sic victor hircuitalle
Pusille pumilille,
Post arduos labores
Tandem tenebis arces,
Quas verberatione
Crebroq; Marte & arte
Anhelus expetebas,
Et premium volebas.

CUPIDO.

Sponse, jam pridem mea præda quamvis
Es lubens, ne te capiat tamen vis
Longa Saturni, renovare præstat

Vulnera cordis:

Hæc habe: nec tu mihi, sponsa, abibis
Absq; ferventi face sub medullis,
Aura ne extinguat levis intus illos,
Ignibus arde:

Hos fove: semper teneros amores
Sub sinu vestro pariter tenete,
Dum faces nobis fuerint & arcus

Missile relum.

Turtur huic esto, tibi turtur-illa
Cajus huic esto, tibi Caja & illa,
Ambo jam sub jura Talassionis
Ibitis ultrò.

Non moror dulcem segetem osculorum,
Illud (heu dixi) facinus patrandum est,
Unde non atro pede Mors, sed almo
Vita refurgit.

Quod facit Phoebus, faciatis & vos,
Nulla cum toto micat orbe Luna;
Cynthius tu sis, sit & ipsa Phœbé,
Lectulus, æther.

CHA-

CHARITES.

AN non hendecasyllabis trecentis
Anacreontis vè

Est satis actum

Lusus, satvè venustioris oris

Reniduit cachiunis

Ordo Deorum?

Non : est & modicum meri salilli,

Et Suada pauca dicat

Carmina nobis:

Ternæ corpore vos duos in uno

Ligamus hic sorores,

Cypridos antro;

At non vincula tortuosa funis,

Nec avri erunt, sed esto

Nervus Amoris.

Nodo parcite, quæso, sic ligato,

Coliq; nete longa

Stamina Parcæ.

Donec svavis avis nepos paretur,

Et pupulus parenti,

Pignora nuptis.

At nostri triplices amoris arras,

Ænigma nuptiale,

Ponimus in vos.

Hunc griphum benè quando nucleatis,

Vivat, vovete, quisquis

Curat amores.

Quadrilittera dictio notatur,

Si Sol refulsit illi,

O.

Omnia servat:

♀

Si Solem nebulis tegas, & illo

I.

Digitum loco reponas,

Omnia turbat.

En

En hoc: Estq; biceps in Insulâ Mons,
 Cui delicata pleno
 Copia cornu
 Promit fercula nobilis palati;
 Quem si labore quisquam
 Exsuperavit;
 Ad Fontem faciles vias videbit,
 Cuiqvæ bibuntur undæ,
 Est necis expers.
 Si vis scire; fac Absolutionis *2. A.*
 Binas notas, & inde
 Ædificabis
 Senas cum laquearibus columnas, *3. M.*
 In fronte pone binas,
 Quattuor intus.
 Mons sic notus erit, nec abditus Fons.
 Dic ô Poëta, quæ sit *Tertium:*
 Nota per orbem
 Quinis vocula litteris, & Alphâ *A.*
 Et particeps omegâ?
 Si prius adsit, *B*
 Non est corporis indecentior pars;
 Omega si reponens, *O.*
 Deleat Alpha,
 Nil fert pulchrius orbis universus:
 MELIORA NON POTESSUM
 HIS DARE NUPTIS.

LOGO-


LOGOGRIPHI ENO DATI:


At Sphing huic ego Oedypum, in parte: Cæ-
tera, ceu BONÆ dicata, innuptis ab innupto
vix propalanda tu divina, quisquis es.


ER { O } S. VIRG { A }
 { I } { O }

R O M A
O R A M
M A R O
A M O R










In squallor
Lug
Ante alios
Ex t
Precipue
O cæt
Namq lic
Contra
Iam tamen
Assid
Crediderim
Adspi
Nati, qui,
Nomi
Sed quoq c
Cunct
Non pote er
Natu
Abstineat,
Tanqu
Quid referat
Qui P
Atq, mihi h
Visus es
Attamen ha
Heu qu



bro se quisq, peremptum
ata! perciti amaritie:
par, VLRICE, Sororum
os mentis inopsq, obitu;
baebi mysta Caseli,
unice Palladii.
septum noxia pectus
utriusq, siet:
pressum nube doloris,
fleu habuisse genas
ultim cum flebile corpus
am feretro impositum,
d te Patrio donarat
utra tibi carus erat:
lli in vultum serpere tabes,
veneno inficere occiperet.
t, matris, ut, insita quisquis
semina, cordolio
os cadere in maturâ,
lilia falce, videt.
e sient hæc funera cunctis,
ut nomina & Anisim?
amq, ut tibi tempore nullo
LRICE, mihi fueris:
ad luctu servire, Parentis
ui cum mihi prælegeret

Scripta